



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caout, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Sacerdos tibiæ dolore plurimum grauatus, sanatur celebrando missam
ante B. virginis imaginem, & ter suum sacellum circumeundo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

PVELLA MOTVS PROGRESSIVI
*facultate priuat ad quatuor annos liberè incedit,
 trina peregrinatione ad B. Virginem
 Cheruicæ suscepta.*

CAP. XLVII.

ANno 1587. quædam puella Bethuniensis pro certo affirmavit quomodo præ debilitate & impotentia artuum & membrorum vlllo modo progredi poterit spacio quatuor annorum: at ubi priorem peregrinationem versus benedictam Virginem Cheruicensem, cui prius voto se obstrinxerat, confecit, baculis subnixâ progredi cepit: secundâ autem peregrinatione se magis corroboratam experta est: Tertiâ verò, quæ ipso ascensionis peruiugio accidit, integrum est planè restituta, Idem coniectatus est pater suus ibidem tum præsens. Tabellam, si placet, inspicio.

SACERDOS TIBIÆ DOLOR
*plurimum grauatus, sanatur celebrando missam
 ante Beatæ virginis imaginem, & iter
 suum sacellum circum-
 eundo.*

CAPVT. XLVIII.

ANno 1588. Dominus Ioannes Regius, presbyter, tum temporis pastor ecclesiæ

li à VVessa longo tempore acuta febrī eaquē
vehementi correptus fuit. At Martij die vige-
fimo quinto corrupti humores ad genu con-
fluxere: quo factum est cum exinde tantopere
fuisse grauatū, illiusque membri vsu desti-
tutum, vt paululum incedendo baculis inni-
xus necessarium illi foret ad singulos passus
tibiam propellere, tanquam quæ mortua es-
set & omni motu priuata. Quapropter omnē
confidentia suæ anchoram reponens in illa
Virgine, quæ nobis mundi salutem salutariter
progenuit, maximo cum labore Cheruā
aduenit vltimo Aprilis die: vbi sacra exomolo-
gisi per confessionem purgatus sacrum fe-
cit, & paulatim melius habere cepit: ad cō, vt
in ipsa consecratione liberum illi fuerit genua
complicare, & missa peracta, ædiculam terna
vice circumiens, plane sanus redierit: & in si-
gnum memoriale testimoniumque fidele tā-
ti beneficii, quo liberaliter à Deo cumulatus
fuerat, ambos baculos, quibus antea subnite-
batur, ibidem in totum deposuit, vigesimoq;
die Maij iterum eundem locum reperijt gratias
peracturus Deo & gloriosissimæ Matri suæ:
eum etiam in finem, vt fide bona testimoniū
daret huic miraculo, illud fideliter contestan-
do coram M. Ioanne Bouchinio pastore, D.
Georgio Marino presbyteris, & quibusdam
alijs.

H DOMI-